

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 2878

**Auteur(s) :** Hugues IV, Montfort (comte)

**Bénéficiaire(s) :** Le Bec-Hellouin, Notre-Dame (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1145-1147]

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Hugues IV, comte de Montfort, du consentement de Geoffroy, duc de Normandie, et sur l'avis des évêques de Rouen, Lisieux, Évreux et Bayeux, concède à l'abbaye Notre-Dame du Bec l'église de Saint-Ymer pour y établir des religieux à la place des chanoines.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Bréard Charles, *Cartulaires de Saint-Ymer en Auge et Bricquebec, publiés avec notices*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard, 1908, n° II, p. 3-5.

## Dissertation critique

1145 ou 1147. Datation proposée par Ch. Bréard.

Texte établi d'après a

Notum sit omnibus sanctæ Ecclesiæ fidelibus tam presentibus quam futuris, quod ego Hugo de Monteforti, filius Gisleberti de Gant, concessione Gaufridi Normannorum ducis, et filii ejus Henrici, consilioque Hugonis Rothomagensis archiepiscopi, et episcoporum Normanniæ : Arnulphi Lexoviensis, Rotrodi Ebroicensis et Philippi Bajocensis, Hælina uxore mea et filiis meis Roberto et Valerano concedentibus, baronibusque meis presentibus, do ecclesiæ sanctæ Mariæ Becci, monachisque ibi Deo servientibus, ecclesiam sancti Ymerii in perpetuam eleemosinam liberam et quietam ab omni consuetudine cum prebendis et omnibus ad eam pertinentibus ut monachi in ea, loco canonicorum, constituentur. Et insuper, Deo et sancto Ymerio do quandam partem sylvæ meæ quod nemus Heroldi et Vallis Corvi dicitur, usque ad majorem viam vallis per quam a domo Ricardi Hache ad sanctum Ymerium descenditur ; et medietatem meam de quodam virgulto vineæ ; et quandam aliam partem quam Hælina uxor mea tenebat circa eam similiter sancto Ymerio dat ; atque aliud virgultum de quo Thomas medietatem tenebat quam ipse sancto Ymerio præbuit. Et cum istis de omnibus salinis meis et de fero vallis Anere decimam do. Et præter hæc Hælina uxor mea apud Pontem-Episcopi quandam domum quam Godefridus Espihart tenuit eum consuetudinibus suis ; et quoddam virgultum quod Ricardus Poree in Perrefita tenuit sancto Ymerio concessione mea dedit ; et præter istam terram quam Robertus, filius Efrade, tenuit et terram quam Turgottus, presbyter, circa eam de me habuit sancto Ymerio do similiter et concedo ut omnia quæ ista ecclesia tempore Hugonis avi mei habuit in perpetuum teneat. Habuit enim de omnibus sylvis quas prædictus Hugo in Normannia tenebat decimas : hoc est de feris, de volatilibus, de venditione nemorum, de essartis, de melle, de pasnagio atque de cunctis consuetudinibus sylvarum et de omnibus molendinis atque caseis, cunctisque pecuniis et foris et de omnibus redditibus terræ meæ.

Et in Anglica terræ similiter de caseis et universis pecuniis et de piscibus Hee, et unam domum in eadem villa. Et de Bratheburna et Tiltentona et Esbruge decimas do de annonis similiter.

Sigillum : Hugonis de Monteforti ; Roberti de Monteforti ; Valerani de Monteforti ; Heliæ de Balolio ; Roberti de Magnavilla ; Villelmi Sancti-Leodegarii ; Galteri Pipart ; Roberti Pipart ; Rogerii de Burgevilla ; Jordani de Fulleio ; Philippi de Bevredan ; Hugonis de Bevredan.